

tionē vel qualitatē tu autē permanebis
omnino imutabilis omēs sicut vesti-
mentū veterascent. a statu in quo sunt
q: sū corruptōez hoīm ip̄a elemēta q̄i cor-
rūpūt veluti terra q̄ ē iam min⁹ fertilis q̄s
pūs et aer minus salubris.

¶ Et sicut opertoriū mutabis eos
celos et elementa. q: manēte eoz substātia
in qualitatibus mutabunt tu autē idē
ipse es sp̄ penit⁹ imutabilis et anni tui
nō deficient. q: eterni sunt.

¶ In q̄ eternitate filij. i. imitatores seruo-
rū tuoz ap̄ostoloz habitabūt tecum
post terminū hui⁹ vite. et opera eozū sp̄
actu et cōtinue ferentur in te deuz nunq̄s
cessantes a laude tua.

¶ Psalm⁹. CII. in quo incitatur fi-
delis popul⁹ ad laudandū deū

Benedic benedictione lau-
dis aīa mea domino et oīa
que intra me sunt. s. i. intellect⁹.
voluntas. ceteraq̄s potentie et vires. nulla
discrepet. benedicite nomini sc̄to eius.
q: corde tonisq̄s anime viribus laudandus
est deus.

¶ Et quia B maxime faciendū est iterū re-
p̄to **B**enedic anima mea domino.
et vt semp benedicas noli obliuisci be-
neficia sua q̄ innumera sunt.

¶ Item benedic anima mea dño q: ip̄e est
Qui propiciatur omnib⁹ iniquitati-
bus tuis eas remittendo. ¶ Itē q: ip̄e est
qui sanat omēs infirmitates tuas
nunc fouendo blandis. nunc secando aspe-
ris. omnipotenti enī medico null⁹ insanabil⁹
languoz occurrit.

¶ Ceterz benedic aīa mea dño. quia ip̄e est
Qui redemit p̄p̄ciuz sanguinis filij sui
animā tuā de interitu p̄p̄tue damna-
tionis. benedic iteruz dño q: ip̄e est. qui te
iustū sua misc̄dia et in suis misera-
tionibus coronabit. corona glorie in
eternum.

¶ Preterea benedic anima mea domino
Qui replet in bonis desiderū tuū.

et solus ip̄e q̄ fons oīm bonoz ē replere po-
test. qd̄ tunc facit cuz sanctos suos transire
facit de hoc seculo ad domuz beatitudinis
sue vbi sancti omnibus bonis replebuntur
et renouabitur vt aquile iuuet⁹ tua
in resurrectione in qua sancti in etate iuue-
nili resurgent mutati de corruptione in in-
corruptionem.

¶ Ampli⁹ benedic aīa mea dño quoniā
ip̄e est **F**aciens misericordias ēctiaz
faciens iudicium. i. vindictam omnib⁹
iniuriam patientib⁹ vt oppressis impij
erigat pauperes suos.

¶ Propheta narraturus misc̄dias quas
deus fecit patrib⁹ antiquis inquit **I**stas
fecit moysi precepta legis que sunt
vie veniendi ad salutē et mandata
sue volūtatis expressiua. p̄ moysen no-
ta fecit filiis israel.

¶ Et ip̄e est **M**iserator actu exhibens
nobis multa beneficia sine merito nostror
idem dñs est misericors in natura sua
longanimis quia expectat nos diu ad pe-
nitentiā et ip̄e idem est deus multū mi-
sericors quia quondiana ⁊ innumerabi-
lia condonat nobis peccata. cito enī fleuit
ad misericordiam.

¶ Unde **I**stō ī perpetuū irascetur elo-
cis suis. nec ī eternū cōminabitur il-
lis. s. finaliter placabit. in p̄nitentiā p̄cunet q̄
amore ad emendationem

¶ Bene dixi q̄ multū misericors quoniā
Non sc̄dm̄ pctā nostra fecit nobis
quoniā nos merebamur iram ⁊ mortem
eternā. ⁊ ip̄e vltus sūma clementia debet no-
bis oīm peccatoz remissionē nec sc̄dm̄
iniquitates nr̄as retribuit nobis.
maiora enī flagella merebamur.

¶ Bene dixi q̄ nō sū iniquitates nostras re-
tribuit nobis **Q**uoniā sc̄dm̄ magnaz
mensurā misericordie sue corrobora-
uit misericordiam suam super ti-
mentes se quia eos iugiter protegit et cō-
firmat.

¶ Quantū distat lux a tenebris lon-
ge fecit a nobis iniquitates nostras
liberando nos a malo culpe

Bene dixi quod misertus est dominus nobis
timentibus se. quoniam Sicut pater ali-
quando blande consolatur filios aliqui
poto pie correctionis flagellat miserendo
illius ut meliorem reddat ita dominus
miseretur suis ideo quidem miseretur
quoniam ipse cognouit fragilitate
nostram.

Unde sequitur Recordatus est quo-
niam pulvis sumus quantum ad cor-
pus homo est sicut fenum ad modicum
tempus virens vita eius et fortitudo et splen-
dor eius tanquam flos agri sic leuiter et
florebit. id est. marcescet.

Et hoc vere Quoniam spiritus ra-
tionalis qui in homine est. pertransibit
ab eo et non subsistet homo quod disso-
luta coniunctione anime cum corpore non est
homo et amplius in hac vita non viui-
ficabit hoc corpus mortale. nisi diu-
na virtute operante.

Misericordia domini ab eterno
promissa et usque in eternum perman-
sura super timentes eum timore filia-
lis reuerentie.

Et iusticia illius retribuens merce-
dem operibus bonis his qui seruunt
precepta eius corde iunendo et opere
complendo.

Et memores sunt mandatorum eius
non audiendum tantum. sed ad faciendum ea non
sunt auditores legis tantum iustificabunt apud
deum sed factores.

Et memores esse debemus mandatorum eius. quod
dominus in celo parauit sedem suam iu-
dicariam et de omnibus iudicabit. et ne impoten-
tem iudicem putes sequi regnum. id est. potestas
ipsius omnibus dominabitur nullus enim
resistere poterit eius imperio.

Et quoniam deus tam vniuersalis est dominus
propheta monet etiam alias creaturas ad
laudandum deum dicens

Benedicite huic domino omnes
angeli eius potentes virtute. ad im-
plentes mandatum illius paratissimi
et voluntarii ad exequendum vo-
cem preceptorum eius ilico quo fue-

rit locutus.

Benedicite domino omnes ordines
angelorum vos dico ministri eius qui fa-
citi voluntatem eius.

Benedicite domino omnia ope-
ra eius celestia et terrestria. in toto mun-
do in quo dominatur. id est. date mihi
materiam benedicendi domino quoniam
omnes creature laudant dominum. tu anima
mea benedic illi.

**Psalmus. CIII. in quo monet
ad laudem dei.**

Benedic anima mea

dominum. pro tantis benefi-
cijs et muneribus gratiarum eius
et conuersus propheta ad eum ait. O domi-
ne deus. bene debet anima mea te benedicere.
quoniam magnificatus es magnam
nature nobilitate. magnus potestate. magnus
sapientia. magna misericordia. et hoc ve-
hementer. incomprensibiliter quare
maiores omni laude.

Bene magnificatus es Qui habes
angelos et homines sanctos decore
eterno splendidos et luminosos te
incessanter laudantes et lux vndique
tibi est. qui habitas lucem inaccessibilem.

Uerito magnificatus es. quoniam ma-
gnitudo potentie tue relucet in omnibus cre-
aturis. tu es qui celum quasi tentorium
super emisericordiam nostram extendis sine la-
bore ac si quis extenderet pellem. tu es
qui tegis superiora eius scilicet celum siderum
a quibus scilicet celo cristallino quod propter dyap-
hanitatem aqueum noxiatur.

Tu es qui visibiliter ascendens in celum.
posuisti nubem ascensum tuum. qui
superas omnem velocitatem ventorum
qui ubique es presens

Tu qui es spirituales substantias fa-
cis nuncios tuos et ministros tuos
plenos dilectione dei ut etiam alios
præparet et accendant ad dilectionem sui crea-
toris accensos et efficaces ad executionem
tue voluntatis.